

Teil A: Übersetzung

**Plinius – ein wahrer „*pater familiae*“?**

Im folgenden Brief, den Plinius der Jüngere an einen gewissen Paulinus schreibt, beweist er eine besondere Fürsorge und Menschenfreundlichkeit gegenüber seinem erkrankten Freigegossenen Zosimus:

Video quam molliter tuos<sup>1</sup> habeas; quo simplicius tibi confitebor, qua indulgentia meos tractem. Est mihi semper in animo et Homericum illud „πατὴρ δ’ ὡς ἥπιος ἦεν“<sup>2</sup> et hoc nostrum „pater familiae“. Quod si essem natura asperior et durior, frangeret me tamen infirmitas liberti mei Zosimi: Homo probus, officiosus, 5 litteratus. Idem tam commode orationes et historias et carmina legit, ut hoc solum didicisse videatur.

Haec tibi sedulo exposui, quo magis scires, quam multa unus mihi et quam iucunda ministeria praestaret. Accedit longa iam caritas hominis, quam ipsa pericula auxerunt. Est enim ita natura comparatum, ut nihil aequa amorem incitet 10 et accendat quam carendi metus; quem ego pro hoc non semel patior. Nam ante aliquot annos, dum intente instanterque pronuntiat, sanguinem reiecit atque ob hoc in Aegyptum missus a me post longam peregrinationem confirmatus rediit nuper; deinde dum per continuos dies nimis imperat voci<sup>3</sup>, veteris infirmitatis tussiculā admonitus rursus sanguinem reddidit.  
15 Qua ex causa destinavi eum mittere in praedia tua. Audivi enim te saepe referentem esse ibi et aera salubrem et lac curationibus eiusmodi accommodatissimum. Rogo ergo, ut scribas tuis<sup>1</sup>, ut illi villa, ut domus pateat, offerant etiam sumptibus eius, si quid opus erit. Ego proficiscenti tantum viatici dabo, quantum sufficiat eunti in tua praedia.  
20 Vale.

203 lat. Wörter

**Aufgaben (Teil B) auf der nächsten Seite!**

<sup>1</sup> *tui, -orum*: deine Leute

<sup>2</sup> πατὴρ δ’ ὡς ἥπιος ἦεν: „Er war wie ein milder Vater.“ (Das Zitat stammt aus Homers Odyssee)

<sup>3</sup> *imperare voci*: der Stimme etwas zumuten

## Teil B: Zusätzliche Aufgaben

1. Stellen Sie die vorgegebenen lateinischen Wörter so zusammen, dass folgende Weisheiten lateinischer Autoren rund um das Thema „Krankheit“ wieder im Original zu lesen sind! **6 BE**

*facile – malum – fidus – non – melior – est – quam – opprimatur – mediocritas – valetudo – quisquam – omne – non – amicus – morbi – medicus – bona – nascens – est*

- (1) Es gibt keinen besseren Arzt als einen treuen Freund. (CATO)
- (2) Eine geringfügige Krankheit ist noch keine gute Gesundheit. (SENECA)
- (3) Alles Übel ist im Entstehen leicht zu unterdrücken. (CICERO)

2. Paraphrasieren Sie folgenden Aufruf des Papstes Franziskus aus den *Nuntii Latini des Vatikan* vom 14. Oktober 2020, der vor allem der Krankheitsvorbeugung gilt! **4 BE**

- 1 *Summus Pontifex Franciscus, cum pestilentia vulgo „Corona“ appellata amplius effunderetur, ad orum integumenta gerenda spatiumque observandum adhortatus est.*
- 3 *... Iterum angor animi dignitur, quod numerus morbifero viro vulgatorum non solum in Italia, sed etiam in aliis regionibus accrescat. In Civitate quoque Vaticana paucis iam ex*
- 5 *diebus homines obligatione tenentur, ut orum integumenta sub divo etiam gerant.*

3. Latein ist Grundlagensprache der modernen medizinischen Terminologie. Weisen Sie den folgenden deutschen Bezeichnungen für Körperteile die passenden anatomischen Fachbegriffe auf Latein zu (z.B. 6 – p)! **5 BE**

- |                             |                                    |
|-----------------------------|------------------------------------|
| 1. Rippenbogen              | a) foramen infraorbitale           |
| 2. hinteres Kreuzband       | b) os sacrum                       |
| 3. Tränenbein               | c) ligamentum cruciatum posterius  |
| 4. Unterzungenspeicheldrüse | d) os lacrimale                    |
| 5. Schläfenbein             | e) articulatio temporomandibularis |
|                             | f) margo supraorbitalis            |
|                             | g) ligamentum cruciatum anterius   |
|                             | h) arcus costalis                  |
|                             | i) glandula sublingualis           |
|                             | k) os temporale                    |
|                             | l) ligamentum collaterale          |

*Bene eveniat!*